# EX TEMPORANEA COMMENTATIO, NON ALIO BENEFICIO polita, quam repentini Martis, ad Constitutionem Cæsarum Gratiani, Valentiniani, & Theodosij. A.A.A. in leg. vnic. C. de Honorat. Vehicul. lib. XI.

*Habita in Salmantino, Athenæo, die 27. Mensis Augusti, Anno Domini* 1678.

OBTIGIT (Spectatores litteratissimi) sparta in qua sine Mercurio, & lapide Terminali asperiorem forsam viam eleginius, aliquando enim vrbana audacia ipsa; aliquando faciendum in litteris periculum, vt hortatur Lyricus, & nunc semel æstimandus incertitndinis casus, cum vel sine consocio gloriam, vel sine pari in gloriũ nævum appetimus. Faxit D. O. M. vosque cœptis adspirate meis: ergo quod gladiatoribus olim iniunctum merito nobis, *Repete*, Ecce, *Omnes Honorati, sive civilium, sive militarium dignitatum, vehiculis dignitatis suæ, idest carrucis* (*biiugis* superadditum in Theodosiano) *semper vtantur*. Dat. III. Kal. Febr. Constantinop. Honor. N.B.P. & Evodio. Cos. (supputatus est annus in Iustineaneo; in Theodosiono, est 386.

Ergo removendum eliminandumque in propatulo vulgare Salmantinorum placitum; scio pulchram hanc voluminis plagam dubitationum asylo defferi potius, quam ornari, non damno morẽ, sed historico solum indagine, terminosque paraphrastico spiritu percurro. Honoratorum partem eorum scilicet, qui administratione defuncti, infulis transactæ tantũ dignitatis honorantur lustrant l. 6. §. 1. Cod. de postuland. l. 1. C. de Honor. Codicill. l. 1. C. de offic. Iudic. civil. l. 9. C. de Privil. eor. qui in sacro Pal. mil. l. 20. C. Tyronib. l. 1. 2. & 3. C. Ne quid publicæ læt. l. 1. C. de Milit. vest. l. 2. C. de Professor. & Medic. l. 13. C. de leg. & legation. l. 6. C. ad l. Iul. Rep. l. 43. C. de Episcop. & Cler. l. 4. C. de susceptor. l. 11.

Quib. equor. vsus, l. 5. C. de indulg. debit. l. 21. C. de Pœn. omnes in Theodos. Novell. Valentin. 48. Novell. 24. inter Theodos. faciunt, l. 15. & 18. d. Tyron. l. vnic. de Comit. vacant. l. 12. C. Th. de legatis. (sileo mysterio alia iuris fulcra in quibus vox hæc Honoratorum invenitur, sed de alijs Honoratis res est) Horum Honoratorum elegantissima sunt testimonia Ammiani Marcellini lib. 14. pag. 17. pag. 2. 10. 11. & lib. 22. pag. 238. & 29. pag. 412. Sidon. Appollin. lib. 1. epist. 11. Lamprid. in Alex. Severo, pag. 123. & 127. Casiodor. lib. 2. var. cap. 17. 3. cap. 49. 4. cap. 8. 8. cap. 29. Libanius epist. 187. ad Modest. PP. & in orat. ad Theod. in laudem Ellebichi pag. 530. Gregor. Nazianc. orat. 1. Ambros. lib. 2. offic. cap. 29. lib. 3. cap. 7. & de obit. Valentin. pag. 7. & epist. 33. p. 155. & habet Glossar. Meursij voce Honorati, Claudian. lib. 2. de laud. Valdes in not. Ammiani dict. lib. 14. Iacob. Goth. in notis Libanij, & in l. 1. Cod. de offic. Iudic. civil. Savaro dict. lib. 1. epist. XI. Lævin. Torrent. lib. 1. epist. 1. Steuveq. ad veget. lib. 2. de re Militar. cap. 3. Ranchin. 3. var. cap. 16.

Partem vehiculorum nulla ab specie lex nostra lustrat, præter l. vnic. in C. Theodos. ab argumento sunt l. qui sella 7. ff. de servit. rustc. l. 13. de auro, & arg. legat. maiori laxamento, l. 8. §. 1. ff. de leg. 1. leg. item 49. l. servis 69. §. vlt. de leg. 3. l. scire 29. de V. O. l. 18. 30. & l. Mullionibus 31. C. Theod. de curs. publ. l. vnic. C. Th. de vsu sellar, l. vlt. de iur. immunit. Novell. Iust. vt Præfectur. Vrban. collat. 5. Novell. 25. & 30. Iulian. Novell. 70. faciunt loca sacra Isaiæ, cap. 2. Canticor. cap. 3. Psalm. 65. & illud vulgatum, *currus Pharaonis proiecit in mare*. Illud, *& in mulis, & in carrucis*, & alia passim. Partem hanc in origine ministrant abundanti Musa Virg. 3. Georg. & 1. æn. Stat. 1. Theb. vers. 275. & lib. 4. vers. 243. & 7. vers. 416. & 6. vers. 285. Sidon. carm. 23. v. 391. & carm. 2. Claudian. de laud. Seren. Coripp. African. lib. 2. de laud. Iustin. August. Minor. â vers. 323. Isocrat. in Panath. Pausan. lib. 1. Herod. lib. 1. Ælian. lib. 3. var. histor. cap. 38. Plin. lib. 7. cap. 56. Isidor. 18. c. 34. & 20. cap. 12. orig. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. Tertullian. lib. 9. de spect. cap. 9. Euseb. hist. Eccles. Serv. ad lib. 3. G. Scholiast. Pindar. od. 1. & 19. Luctat. Plac. ad super. carm. Stadij, Cerd. ad Virg. 1. æn. ad Illud. *Hic currus fuit*, & 3. G. & ad Terttull. lib. 9. cap. 9. Savaro ad Sidon. carm. 23. Frechulph. Episcop. tom. 1. Chron. cap. 6. Lyl. Gyrald. Histor. Deor. Gent. syntag. 5. Natal. Comes lib. 7. Mythiol. cap. 17. Barth. lib. 35. advers. cap. 5. Paul. Leopard. 1. emend. cap. 15. Meurs. 2. part. exercit. crit. cap. 27.

Bu-

Buleng. de circo cap. 4. in fine, Dempst. lib. 5. ad Rosin. cap. 5. Navarrete discurs. Polit. 37. Pellicer ad Gongor. stanc. XV.

In vsu vehiculorum Dignitatibus, tam maioribus, quam minoribus honoris causa concesso, necnon Matronis Romanis pro temporum varietate Authores sunt Virg. lib. 8. æn. vers. 665. Plaut. in Aul. lib. 3. scen. 5. Propert. lib. 3. eleg. 8. & 14. & lib. 4. eleg. 8. Ovid. lib. 1. Fastor. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. vers. 286. & lib. 2. in Ruffin. vers. 74. Iuven. satyr. 8. vers. 146. conducunt ipse sat. 3. 6. & 10. Prud. in sym. 2. vers. 1089. Horat. lib. 1. satyr. 2. Mart. lib. 4. Epig. 64. & ommissis durioris ponderationis Scriptoribus Lib. 15. cap. 25. lib. 34. & 33. Artemid. lib. 1. cap. 58. Plin. lib. 7. hist. cap. 43. 34. cap. 5. & 26. cap. 3. & 34. cap. 55. Vopisc. in Aurelian. cap. 46. & cap. 5. Capitolin. in Vero. cap. 5. & in Marc. Anton. P. cap. 23. & in Pertinac. cap. 7. Symmach. lib. 9. Epist. 69. lib. 10. Epist. 17. & 33. Lamprid. in Heliogab. cap. 4. & in Severo cap. 43. Sueton. in Calig. cap. 15. in Heliog. cap. 29. & 39. & alibi, Marcellin. lib. 14. p. 13. & 16. p. 76. & 29. pag. 438. Cassior. 6. var. cap. 18. & 2. cap. 23. divin. inst. Trebell. Pollio in Cœnob. p. 199. Themist. lib. 2. cap. 5. Tacit. 1. 4. & 12. ann. Aster. hom. in Fest. Calend. Hieron. in Isai. cap. 66. lib. 18. Senec. lib. 1. de ben. cap. 5. Pom. Læt. in Philip. Imp. Turn. lib. 11. ad cap. 6. Isac. Grang. ad Prud. v. 1089. in Sym. Barth. & Dempster. ad Claud. de Nupt. Honor. v. 286. Iuret. ad Sym. lib. 10. Epist. 17. Lips ad Tacit. lib. 12. adn. 101. & 102. & 4. ann. & 1. elect. cap. 19. & 2. antiq. lect. cap. 16. & Syntag. de Vest. & Vestal. cap. 11. Pith. 1. succ. cap. 5. Cerda & novissime Ambian. ad Tertull. lib. 9. de spect. cap. 7. vbi Iun. & Herald. P. Fab. 1. sem. cap. 3. Torrent. ad Suet. in Calig. cap. 15. Cuj. 2. Obs. cap. 16. Salmas. & Casubon. ad cap. in Pertin. cap. 7. Cæss. Buleng. lib. 3. de Imp. cap. 11. & 6. cap. 36. Savaro ad Sidon. lib. 7. Epist. 12. p. 458. Pancir. 2. var. cap. 249. & in Not. cap. 25. P. Sherlog. in cant. cap. 3. vbi Pint. ad illud *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*. Guth. de off. Dom. Aug. lib. 2. cap. 16. Olano lib. 3. cap. 12. Paralip. à n. 18. Borell. de præst. Reg. Cathol. cap. 19. Garç. de Nobilitat. gloss. 48. §. 2. fol. 380. ex Mastrillo, & alijs D. Ioan. del Castillo de tert. cap. vlt. num. 201. D. Solorçano de muner. honor. à num. 296. claudant non in amænum agmen adhuc splendens mortis vmbra D. D. Laur. Santos in not. M. S. ad lib. 10. Symm. Epist. 17. Et ille toto orbe cantabilis, *Licet omnia nemo, inclyta gestorum valeat monumenta piorum, Ordinibus*

*bus numerare suis*, nunc, nunc incommunem Hesperiæ gloriã luci deditus, in Exterorum admirationem fons, simul, & Author, Ill. Comes D. Ramos ad LL. Iul. & Pap. lib. 3. cap. 32.: *Felix qui primum merui rostris dare Maronem.*

Partem œncomij *Sacratissimæ Vrbis*, quæ in styllobate text. est de Constantinopol. non moror lustrare, vtpotè veriberbialis curæ, & quã inutiliter sine orationis meta cura indigetaret, ad rẽ.

1 Theodos. M. Author. nostræ L. eam protulit anno 386. vt constat ex calce Theodos. legis, vnde supplẽda subscriptio in Cod. Iustin. ommissa incuria Triboniani, quod miror non advertisse Theodos. interpretem in nostr. text. eam misit ad Nebridiũ P. V. quẽ hoc eodem anno latę constitutionis Præfect. Vrb. gessisse me docet Pallad. in lausiac in Olymp. p. 189. ibi: *Nebridius P. V. vir integerrimus, &c.* Deinde Theodos. ipse eodem anno misit ad eũdem Nebridium L. vnic. C. T. de ædilit. action. *Nebrid. P. V.* quæ omnia sine inficiatione confirmant inscriptionale lemma nostræ legis, obvieque emendanda est inscriptio textus in L. vnic. C. T. de offic. Præf. Vig. vbi pro *Neptidio* reponendum haud dubie est *Nebridio*, & quia eundem Theodos. Authorem habet, cuius ætate, cum Nebrid. P. V. esset inversionem Aniani clarè monstrat, iam quia Theodosij ævo Neptidium P. V. fuisse legisse non memini, adeò vt nomen à tempestate hac fugitivum sit, nec ante mentio in Histor. quam sub Severo Neptidij Præp. cubiculi invenis subscriptio 3. Kal. Febr. Hon. & Euod. cons. est Constantinop. in qua circa hæc tempora T. M. constitisse dat subscriptio, & Panvin. alijque passim Historographi. Differentia tamen lecturæ notissima est inter vtrumque Codic. nam verba, quæ in Iustin. ita leguntur *vehiculis dignitatis suæ id est carrucis* superaddita sunt in Theod. ita *Carrucis biiugis*, cuius omissione excandescit in Tribonianum Theodos. Interpres, non moror commune placitum amplectendæ lecturæ Theodosianæ, sed aptissime à Triboniano sub intellectam, & maiori laxamento ornatam constitutionem contendo infra. Finem promulgationis scio varie effigiatum ab Authoribus, alij supponunt dubium circa hæc tempora irrepsisse an Honorati intra Mœnia Vrbis possent carrucis vti, quod in honorem præteritarum insularum T. M. Honoratis concessisse autumant, in qua fuit vir mirabilis eruditionis P. Petavius in notis Themist. orat. 6. pag. 580. Alij pudendum luxum, fastumque in carrucis reprimi censent constitutione hac, quam memorantur gloss. Cuj. & Pancirol. 2. var. cap. 249. Theodos. tandem Interpres putat magis inde,

cen-

centiam vitatam, & necessitatem impositam Honoratis carrucis semper incedendi, vt sic segregati in honoribus à plebe essent, quã cum alijs agnovit D.Salorçano de muner. honor. num. 299. sed si hæc sententia vera, potius compediti, quam honorati carrucis dicerentur imposita semper necessitate ambulandi tali habitu, & licet fundari posset ex loco Lamprid. in Alexand. Sever. cap. 43. *Interesse Romanæ dignitatis putantem, vt tanta Vrbis Senatores Carrucis vterentur*, & ex Verbo *semper vtantur*, quæ necessitatem denotant tamen intolerabilis hic honor esset, & naturæ dedecus si artificio solum incederent honorati. Existimo luxum carrucarum illum esse quod nullus certus dignitatis cuiusque currus erat, sed minor dignitas maiorem appetebat ambiendo Superioris insigne, vt & indicat Symmach. lib. 10.Epist.17. dictionemque *semper*, vt sic Theo. Interpretis nugam vitem, non capio cum necessitate, sed in futurũ, quo sensu Sueton. in Caligul. cap.39. *mimos præsenti die pellexit*, & *semper*, idest non solum Theatri die, sed in futurum pellexit, L. in cogn. 13. D. ad S. C. Sillan. L. semper de reg. iuris, leg. vlt. ad lege Pompei de Parric. leg. semper in Civitate de Iure immunit. leg. Caio, §. Imperator de alim. legat. 1. de Iure dotium, leg. quisquis, §. filij, Cod. ad L. Iul. Maiest. leg. lex quæ tutores 22. §. ante omnia, Cod. de Administ. Tut. & testantur Pragmatici Caputaq. decis. 35. num. 9. p. 2. Roland. cons. 23. num. 38. & 39. Mantica deciss. 39. num. 7. Menoch. cons. 38. num. 13. Valençuela cons. 109. num. 47. Barbos. de claus. dict. 361. num. 5. Vt sit sensus nemo superiori solito curru vtatur, sed carrucis dignitatis suæ quisque incedat in futurum eodem sensu quo in alijs legibus *in futurum, & post hac* subijcitur, quas infinitum esset congiario comprehendere.

2 Hæc est Iconica series, & formalis sensus Imperatorum; termini ergo hi sunt Honorati; vehicula concessa honoratis; & nomen sacratissimæ Vrbis in calce positum. Honorati si credimus Anniano antiquo Theodosiani interpreti sunt Magistratus administrantes actu, & ex curiæ corpore, quod & persuadet D. Ambros. lib.3. offic. cap.7. ibi: *Honorati, & Lucupletiores*, Ammian. lib. 14. p.17. *Honorati, & Primates* en iungit; Honorati, & Principales iuncti pariter in leg. 1. C. de militar. veste, l.4.C. de suscept Honorati, & in vibibus suis Eminentes in l.3.C.Theod. Nequid public. la tit. Honorati, & Decuriones in l.6. C.T. ad leg. Iul. Maiest. leg.43.C.T. de Episc. & Cleric. & passim in veteribus inscriptionibus apud Ian. Gruter. fol.368. quin & Senatoribus Honoratos socia-

sociatos cernimus in l. 1. C. T. quib. equor. & vsus, & faciunt l. 21. C. T. de pœn. l. 5. C. de indulg. debit. & faciunt, l. 15. & 18. C. T. de Tyron. l. 9. C. T. de priv. eor. qui in S.P.M. l. vnic. C. de Comit. vacant. vt proinde credere deberemus Interpretum vulgo ita Honoratorum vocem accipienti, & quod miror in hanc inclinanti D. Solarçono de muner. honor. n. 298. Tento decisionem nostram omnes comprehendere, maiores dignitates in suppositione, transacti tantum honoris splendore præditos in re; itaque potior mihi sententia sedet honoratos esse dignitates sive civiles, sive militares, iam administratione defunctos, è meritoque pollentes honore; quod præter generalem vocem ita accipiendam in Ammiano Marcell. lib. 14. p. 2. *Hi peragranter, & dissimulanter Honoratorum circulis adsistendo*, & pag. 10. *Siquis enim militarium, vel honoratorum*, Lamprid. in Alex. Severo pag. 127. *Pauperes iuvit Honoratos*, & p. 123. *Cum quidam ex Honoratis vitæ sordidæ, & aliquando furtorum reus per ambitionem nimiam ad Militiam adspirasset*, en transactam iam dignitatem supponit, & in ea furtorum nævum, quod secundã dignitatem impedivit, & tamen Honoratos appellat, quod non capiens Casaub. legebat *inhonoratis*, specialissimo fulcro probat idem Ammian. lib. 14. p. 13. *Nec Honoratis parcens, nec Vrbium Primatibus*, quid enim segregasset, si acceptio hæc vera non esset? Idem lib. 29. p. 412. *Virum præstabili scientia litterarum, abundeque honoratum*, hæc res, en causam, *Asiam quippe, paulo ante rexerat*, quasi priori Asiæ finita administratione, proprie Honorati vocem accepisset, Sidon. lib. 1. epist. 11. *Anno peracto militiæ extremo terminum circa vix honoratus*, quid clarius; testantur, & Notæ Probi fragmento hoc PLEBS, VRB. ET HON. V. idest *plebs vrbana, & honoribus vsi*, vt ablativi absoluti vi nostros clare monstret, scio in eruditorum gratiã ita posse repleri, *& honorabiles viros*, vel *honorati* Vrbis, & ne morer in parte evidenti iam ni fallor, & minoris crisis, do per aversionem ita intelligendos Casiodor. lib. 2. var. 17. 3. 49. 4. 8. 8. 29. Nazian. or. 1. Amb. 2. offiic. cap. 29. & 3. cap. 7. & de obitu Valentin. p. 7. & Epist. 33. p. 155. & L. 1. 2. & 3. C. T. Ne public. lætit. L. 1. C. de milit. vest. L. 1. Cod. de Honor. cod. c. ll. L. 1. C. de offic. Iudic. Civil. L. 9. de priv. eor. qui in S. P. M. L. 20. C. de Tyron. L. 4. C. de susceptor. L. 21. C. de Pœn. L. 5. C. de indulgent. debitor. Novell. 48. & inde indigetantes hanc acceptionem phrasses *administratione defuncti*, in L. 2. C. T. de Profess. & Medic. *emerito pollentes honore* in L. 1. 2. & 3. C. T. Nequid public. lætit. L. 1. C. de milit. vest. *quos emeritus honor à plebe se-*

*vernit* in l. 14. C. T. de legatis, necnon in leg. 15. & 18. C. T. de Tyron. l. 9. C. de P. eor. qui in S.P.M. l. vnic. C. de Comitib. vacant. in Theodos. Ex quibus certo iam habeo vocem primam nostri text. accipiendã de his Magistratibus administratione defunctis, quos altioribus solito plus carrucis, maiorumque Dignitatum vti prohibet Theodos. M. honore biiugis carrucæ conservato, in honorem trãsactæ militiæ, aut administrationis cuius respectu, & alia eis conservata insignia, quæ puerilitatis spiritum tangerem si insererem, sat dicere ex eadem ratione procedere, l. vlt. C. de Priv. eor. qui in S. P. M. l. vlt. C. de Primic. lib. 12. l. vn. C. de Quæstor. ibi *viguerunt*, l. eam legem de excusat. muner. Cassiod. lib. 6. form. 1. & Epist. 10. & 4. Epist. 19. 7. 26. 41. & egregie his honoratis, quos nos *los Iubilados* dicimus impartitus, & explicatus honor in Schedul. lata Matrit. 17. Marc. anno. 1619. altera anno 1628. & ex altera anteriori anni 1581. Eras. in Adag. *calceos mutare*. Petr. Fab. 1. sem. cap. 3. Rhodigin. 21. lect. cap. 6. Valdes in not. ad Ammian. de lib. 14. p. 17. Savaro lib. 1. Epist. 11. Iacob. Gothofr. in Epist. 127. Liban. Dempster. ad Rosin. lib. 7. cap. 3. & lib. 9. cap. 18. Borell. de Magistrat. lib. 1. cap. 1. Zipœus. lib. 1. cap. 41. num. 6. Cabrer. de met. lib. 2. cap. 15. num. 4. ex plurib. D. Solorçano de Iur. Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 23. & cap. 5. num. 3. & de Muner. honor. num. 295.

3 *Vehiculis aut Theod.* id est *Carrucis* vtantur. Quod verbum ex generalitate sua comprehendit, currum, carpentum, Pilentum, thensam, lecticam, harmamaxam, basternam, carrucam, dormitoriam, & alia, vnde discriminandi termini sunt, vt sciamus de qua vehiculi specie sermo nostrorum Imperatorum sit, sed Apage, non ne inventionis fere piaculo ommisso, curruum laxamus habenas? transeuntis lampadis beneficium sit, non res. Erichthonio ad inventionem tribuit Virg. ex quo Tertullian. incomporabilis spiritus lib. 9. de spect. cap. 9. primus Erichthonius.

*——— Currus & quatuor ausus*
*Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.*

Subdit ipse: *Erichthonius Minerva, & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portentum est dæmoniacum, imò Diabolus ipse, non coluber*, quem transcripsit Isidor. 18. orig cap. 34. & conveniunt Isocrat. in Panathen. Pausan lib. 1. Ælian. lib. 3. histor. cap. 38. Anguipedem alij dicunt ex histor. Plinij lib. 7. cap. 55. Iul. Hygin. in poet. Isid. 18. cap. 34. eo quod à Minerva in cista educatus serpentinos pedes habuisset, ad quorum deformitatem velandam primus

qua-

quadrigas invenit; Tertullian. tamen ipse Trochilo. Argivo tribuit, iam in alia lectura velis Achrophilo, Euseb. Orsilocho. Hæc cum ita sint Herodot. Afris inventionem tribuit, à quibus accepere Græci. Cicero de natur. Deor. lib. 3. quartæ Minervæ inventum prędicat. Meus celebratissimus Encomiastes Iustini minoris lib. 2. vers. 323. Oenomao mancipat.

*Oenomaum* (ita replevi lacunam) *referā primas iunxisse quadrigas,*
*Et currus armasse novos,*

Et inclinat coniectura tantum Claudian. de laudib. Serenæ.

——— *Nam providus obice Regis*
*Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.*

Et quamvis hoc nullibi expressius, quam in nostro vate Corippo sit repugnant omnes, itaq; non primā inventionem currus. Oenomao tribuo, sed hoc sensu, vt primus in formam Curulis certaminis quadrigas iunxisset, ex historia in qua consentiunt Stat. lib. 6. Th. vers. 285. Euripid. in Oreste Istrus lib. 12. rer. Atticar. Xanth. in reb. Lydiæ, Pausan. in priorib. Eliacis Pynd. od. 1. & 19. quem filum vnicum componendi fabulosi laboris credo, sciā etsi commune eruditorum placitum incertum sibi esse, qui de rerum inventione curat, imple tempus indagatione fabulosa si velis ex Scholiaste Pyndari od. 1. & 19. Luctat. Placid. ad Stat. lib. 6. vers. 285. Servius ad Virg. 3. G. Pamel. Iun. Herald. Cerd. & noviter Ambian. ad Tertull. lib. 9. cap. 9. de spectat. Girald. histor. Deor. Gent. syntag. 5. Natal. Com. lib. 7. Mythiol. cap. 17. Freculph. Episcop. tom. 1. Chron. cap. 6. Paul. Leopard. 1. em. cap. 15. Meurs. 2. part. exercit. crit. cap. 27. Buleng. de Circo, cap. 4. Dempster. ad Rosin. cap. 5. parce Pellicer ad Gongor. stant. 15. omittere, dum occepi non possum vrbanam iocositatem D. P. Navarrete discurs. polit. 37. qui vt Matritenses Matronas, huius luxus emporium, deterreat, postquā Diabolum inventorem curruum dixit; subdit, vel potius Matritum Auctorem esse, hincque appellationem Mantuæ Carpentanæ ei inditam, quod *el Coche, ò Carroza*, vulgari vernacula lingua; in latino idiomate *Carpentum* dicatur, quod si iocose dixit, non pudenda quisquilia, est, si graviter anotissima eruditione alienum.

4 Vehiculum ergo ita dictum quod *vebi* in eo ducebatur, si credimus Varroni lib. 4. de ling. latina, omnes superiores species generalitatis respectu comprehendit, sed noto, hic in re de *Carpento* non agi, quod multum distat à carrucis nostri text. iam, quia Carpentum Ornamentum erat maiorum Dignitatum, vt clare da Cassiod. lib. 6. cap. 18. & 2. divin. inst. cap. 32. & alij infra referendit & vulgatum Ovid. 1. fast.

*Nam*